



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 29. Nuntii conatus pro sopiendis dissidiis, ultro, citroque motis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

Sæcul. XVI.
A.C. 1588.

etiam Nuntius illæsam acceptabat. Sub idem tempus, postquam Facultas suam censuram a Moguntinis, & Trevirensibus Theologis fuisse damnatam compererat, Gravius eisdem respondere, atque in suo scripto declarare jubebatur, quod horum Theologorum censura, cum pronuntiata esset contra aliquod scriptum, quod hi iidem Theologi non legerunt, imo nequidem conspexerunt, nonnisi ausum mere temerarium, summamque impudentiam sapiat: porro Nuntius dum Facultatis apologiam receperat, eam Lovaniensis Collegii Societatis Jesu Rectori, necnon Patri Lesio die decima Septembris per Notarium publicum tradi præcepit, ut hi suam causam defensuri ad eam respondere possent: attamen Jesuitæ ad concinnandam hanc responsionem longius sibi tempus indulgeri postulabant, atque induciis obtentis tandem die decima septima Octobris suum responsum proferbant, illudque Nuntio tradebant.

§. XXIX.

*Nuntii conatus pro sopiendis diffidiis
ultro, citroque motis.*

Interim cum contententium partes in *Hist. Congr.*
eam curam intenderent, ut mutuas *l. i. c. 4.*
defensiones pararent, Nuntius Aposto- *p. 24.*
Hist. Eccles. Tom. L. M m licus

Sæcul. XVI
A.C. 1588.

licus, cum quorundam factionibus de-
ditorum audaciam reprimere, eorum-
que, qui alterutri contendentium parti
favebant, immoderati studio obfiteri
funestisque malis, quæ ex ejusmodi
altercationibus oriri solent, obviare ve-
let, decretum, seu Constitutionem edi-
dit, qua tamen nec Facultas, que
censuram tulerat, nec Jesuitæ Theo-
gi, quorum doctrina fuerat damnata,
cum ambæ partes Nuntii desiderio
tisfecissent, petebantur, sed duntaxat
illi perstringebantur, qui in suis sermo-
nibus, prælectionibus, necnon in pri-
vatis, publicisque disputationibus pe-
vato affectu huic, vel illi parti favebant.

§. XXX.

*Nuntius suo edicto utrique parti silen-
tium imponens.*

Hist. l. c.
p. 26. § 42.

Hoc edictum die decima Julii Anno
Domini millesimo quingentesimo
octogesimo octavo Lovanii datum
verbis erat conceptum: „Octavius De-
„& Apostolicæ Sedis gratia Episcopus
„Calatinus, sanctissimi Domini nostri
„Sixti divina providentia Papæ
„ejusdemque sacrae Sedis in Colo-
„ensi, Moguntinensi, Argentinen-
„Spirensi, Wormatiensi, Monasterien-
„si, Osnabrugensi, Paderbornen-
„Leodiensi, Luxemburgensi, & in-
„ri-